Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



querentes incipiamus amittere ueritatem. Hic enim mundus imago
futuri est. Si qualis est imago ipsa ueritas qualis est. Vnde si hoc tam
immense diligitis quanto magis illud impensius amare debetis.
Iam seculum hoc nos dimissuros cotidiana morientium exempla
testantur. An forte nos solos credimus immortales quasi non sumus ex
hominibus generati. Vnde sapiens sibi semper aliorum casibus emendat
dicente scriptura. Cor sapientium in domo luctus. Hic enim finis omnium
hominum et quisquis dabit bonum in corde suo. Volo autem uos sine
sollicitudine esse. Debemus et nos uelle quod apostolus se uelle dicit. ne in
continentes continentia uideamur facere uoluntate. Qui sine uxore
est sollicitus est quae dei sunt quomodo placeat deo. qui autem cum uxore
est sollicitus est quae sunt mundi. Multum enim nobis expedit sol
licitudine carere mundana. ne forte spinis suffocentur semen
et dicere incipiamus. Villam comparauit boues emit uxorem dux
ad cenam uenire non possum. Quomodo placeat uxori. Qualis est
uxori magis uelle quam deo. Et diuisus est. Quod diuisum est unum
non potest esse. quia unitas diuisione omnino non decipitur mulier
innupta et uirgo cogitat quae dei sunt ut sit sancta et corpore et
spiritu. Corpore ab usu coniugali. spiritu a rerum mundanarum solli
citudine. dum tota diuino seruitio mancipatur. Quae autem nupta
est cogitat quae sunt mundi quomodo placeat uiro. Nupta uiro
placere affert cogitando que mundi. Innupta uero deo. eo quod
illi nulla cura sit seculi. Quae quidem non habet et tamen quae mun
di sunt cogitat. cui placere desiderat. nonne incipit illi nup
ta preponi quae cogitando mundana complacet et marito cui
hec nec merito quae non habet nitatur placere nec deo. Porro hoc
ad utilitatem uiam dico. Non ut laqueum uobis iniciam. sed ad
id quod honestum est. et quod facultate prebeat sine impedimento dominum
obsecrandi. He necessitate illis uideretur imponere. dicit se
quod illis expediat commemorare cos. Simul adtende quia si hoc
illis utile erat quod apostolus suadebat. illud minus utile erat quod illi
Siquis autem turpe se uidere existimat. Vuolebant. xxxviii